



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Obseruatio mandatorum Dei quinq[ue] bona facit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

est mater nugarum. Tertium est, ege-
 stas. Prou. Propter frigus & pigritiã
 arare noluit, mendicabit ergo ege-
 statem, &c. Idem. egestatem operata
 est manus remissa, manus uerò fortis,
 &c. Quartum est mortificatio con-
 scientiæ. Prou. Per agrum hominis
 pigri transiui, & peruineam uiri stul-
 ti, & ecce totum repleuerant urtice,
 & operuerant superficiẽ eius spine, &
 materia lapidum destructa erat. Vnde
 sapiens. Ocia nullus amet, nisi sint
 coniuncta labori; nam nimia requie
 mortificatur homo. Quæcunque po-
 test manus sua instanter operare,
 &c. dicit Ecclesiasticus. Quinta est,
 superbia. Psal. In labore hominum
 non sunt, &c. Vnde sequitur. Ideo
 tenuit eos superbia.

Pro, 20,

Idẽ, 10,

Pro, 24

Ecc1 9,

Psa, 72,

*Observatio mandatorum dei
 quinque bona facit.*

Primum est, quia obseruatio mā-
 datorum dei amicitiam & socie-
 tatem dei acquirit, quam diu
 aliquis mandata dei custodit, & ob-
 seruat, deum habet secum, & etiam
 in se ipso. Io. Qui diligit me, sermo-
 nem meum seruabit, & ad eum ue-
 niemus & mansionem apud eum facie-

Io, 14,

CHRISTIANA

Idem, 15. mus. Idem. Vos amici mei estis, si
1. Io. 3. ceritis quae praecipio vobis, &c.
 Secundum est, quia orationes ex-
 dire facit. Io. carissimi si cor
 stru non reprehenderit nos, fiduciam
 habemus ad dominum, & quicquid
 petierimus ab eo, accipiemus, &c.
 Ideo non vult deus hominem audire
 oratione, quia homo non vult esse
Prou. 29 in mandatorum obseruatione. Prou.
 Qui declinat aurem suam ne audiat
 gem, oratio eius execrabilis erit, &c.
Isydo. Et Isydorus. Si enim id quod Deus
 praecipit faciamus, id quod petimus
 sine dubio obtinebimus. Tertium est,
 quia hominem a malo custodit, sicut
Ecc. 8. culpa & poenae. Ecclesiast. Qui custodit
 praecipit, non experietur quae
Prou. 40 quam mali. Vnde P. Augustinus. Ma-
Eccl. 12 te mala mori non potest qui bona
Augus. duxerit uitam. Quartum est, quia ho-
Io. 8. minem a morte aeterna defendit.
 si quis sermonem meum seruauerit,
 mortem non gustabit in aeternum.
 Quintum est, quia hominem ad aeternam
Mat. 19. vitam introducit. Mat. Si uis
Luc. 11. ad uitam ingredi, serua mandata.
 Beati qui audiunt uerbum dei,
Psal. 18. & custodiunt illud. Psal.
 In custodiendis illis
 retributio mul-
 ta, &c.

Ri
 P
 Qu
 gre
 graue
 onus q
 finere
 fulgur
 Paulus
 &c. E
 Exod.
 ris, &c
 tur, fil
 ad Sam
 carum
 domus
 tatem
 comed
 de pra
 passio
 firmat
 Item
 cupatu
 licto,
 modi
 &c. Se
 Alliga
 tabilia